



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117824**

§. 23. Concilium Romanum. Appellatio Stephani Larissæi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)

§. XXIII.

Sæculum VI.  
A. C. 531.

*Concilium Romanum. Appellatio Stephani Larissæi.*

Eodem anno 531. post Consulatum Lam-<sup>to. 4. p. 1691.</sup>  
padii, & Orestis, septima Dec. Bonifacius Papa Concilium Romæ in Con-<sup>v. Not. Holst.</sup>  
sistorio S. Andreæ, quod in Vaticano prope Ecclesiam S. Petri erat, convocavit. Cum Papa aderant quatuor Episcopi. Horum secundus erat Abundantius Demetriadenus ex Thessalia. Reliqui tres erant Itali. Aderant etiam quadraginta Presbyteri, inter quos secundo loco positus Mercurius, posteriore tempore Papa, & quatuor Diaconi, quorum secundus, nempe Agapitus, etiam post hæc ad Papalem Dignitatem evectus est.

Primus inter Diaconos, cui nomen Tribunus, dixit, Theodosium Episcopum Echinuntinum ex Thessalia foris stare, & petere, ut admitteretur. Bonifacius Papa dixit: *Ingrediatur*, & interrogavit, quid peteret. Theodosius Interpretis opera usus dixit, afferre se Libellum supplicem Stephani Episcopi Larissæi Thessaliæ Metropolitanæ. Hunc Papa a Mena Notario legi iussit.

Stephanus causam suam exponebat in hunc ferme modum: *In cohortibus nostræ Provinciæ merebar, fruebarque*

Gg 4 *medio-*

Sæculum VI. mediocri fortuna. Proclo Episcopo La-  
A C. 531. rissæo vita defuncto Clerici & Populus  
 hujus Metropolis viros tres delegerunt; ego cæteris prælatus sum, omnesque Decreto subscripserunt. Cum igitur secundum antiquam consuetudinem Ordinationem in ipsa Civitate fieri oporteret, congregata est Synodus Provincialis, & ego omnibus Electionem approbantibus, atque etiam Probiano Episcopo Demetriadeno, qui mihi in Ecclesia Panegyricum pronuntiavit, ordinatus fui. Nihilominus Antonius Presbyter & meæ Ecclesie Oeconomus, dictus Probianus Episcopus, & Demetrius Episcopus Sciatenus nescio quo instinctu contra me excitati subito Constantinopolim se contulerunt, atque Actionem adversum me coram Archiepiscopo Epiphanio moverunt, dicentes, ordinationem meam contra Canones factam, & volentes, ut alius Episcopus in Sedem meam ordinaretur. Epiphanius Andreæ Diaconum & suæ Ecclesie Notarium misit cum Monitorio, quo mihi præcipitur, ut a Sacro Ministerio recedam, & Episcopi hujus Provinciæ, & Clerici meæ Ecclesie a mea Communione suspenduntur. Nequidem mihi licet de Bonis Ecclesie accipere, unde vivam. Denique Causa non cognita habeor, ac si convictus fuisset. Id quoque mihi in Monitorio imperabatur, ut coram Archiepiscopo Epiphanio

Concilium  
Romanum.

p. 1693.

phanio cum Eustachio Episcopo Gomphen-  
si, Elpidio Thebano, & Stephano Lami-  
nensi tanquam Ordinationis meae Auctori-  
bus comparerem.

Andreas Diaconus, cum me Larissa  
non invenisset, Clericis, & omnibus illis  
quos congregare potuit, Monitorium, &  
datas ab Epiphanio ad ipsos litteras præ-  
legit. Conscripserunt Indicem Vasorum  
Sacrorum & Bonorum Ecclesiae, atque An-  
tonius Oeconomus, qui Andreæ Diacono in  
omnibus consentiebat, aliquos Viros ab Ad-  
ministracione istorum Bonorum amovit.  
Idem Andreas venit Thessalonicam, ubi  
cum Episcopis Elpidio, & Stephano eram,  
& quæ mandata attulisset, aperuit. Tunc  
vero Actis publicis conscriptis professus  
sum; si in ordinationis meae Causa judi-  
candus essem, id non Constantinopoli, sed  
coram Te & Sacra Sede fieri oportere. (\*)  
Nihilominus invitus Constantinopolim  
perductus, etiam carceri datus fuisset, ni-  
si viri Charitate pleni se Vades obtulis-  
sent. Itaque opem tuam imploro, tuam  
inquam, cujus est Canonum & Decreto-  
rum Tuæ Sanctæ Sedis in omnibus Eccle-  
siis (\*\*) præcipue vero in Provincia tua  
Illyrica Auctoritatem conservare.

G g 5

Tunc

(\*) Nihil luculentius pro Auctoritate Summi  
Pontificis in Ecclesias Orientales afferri possit.

(\*\*) Testimonium irrefragabile, quo S. Ponti-  
ficis

Sæculum VI.  
A. C. 531.

Tunc Abundantius Episcopus Deme-  
tradenus unus ex illis quatuor Episcopis,  
qui Synodo Romanæ intererant, assur-  
gens dixit: *Probianus hic, de quo mentio  
facta,*

ficus Jurisdictio in universam Ecclesiam confir-  
matur!

R. P. Florianus Bahr des Collegii S. J. zu We-  
fin in China Rector, hat eine gründliche Widerle-  
gung vieler ungleicher Berichte und Irrun-  
gen, wider den Herrn Johann Mosheim Kanzler  
zu Göttingen, 1755. verfasst, welcher die Vorrede  
seiner Erzählung der neuesten Chinesischen Kirchen-  
Geschichten mit den Worten beschliesset: Hat der  
Heyland der Welt seine Christen-Gemeind in  
allen Theilen des Erdbodens der Herrschaft  
und Aufsicht eines einzigen Bischofs in Euro-  
pa unterworfen; so hat er einem Menschen  
weit mehr aufgegeben, als hundert bestreiten  
können, und eine der unvollkommensten Re-  
gierungsarten gewählt.

Wenn der Herr Mosheim von der Gewalt ei-  
nes Pabstes einen richtigen Begriff hätte, so wür-  
de er nicht so geschrieben haben. Denn erslich  
schicket sich das Wort Herrschaft nicht daher; daß  
aber Christus der Herr dem H. Petrus und seinen  
Nachfolgern die Aufsicht über alle Kirchen in der  
Welt aufgetragen, ist ein Amt, welchem ein einzi-  
ger Bischof gar wohl vorstehen kann; wenn nur der  
Herr Mosheim in dem Bezirke des Päpstlichen Ge-  
waltes nicht alle Schulfragen einschliesset, über wel-  
che man unter den Katholicken disputiret, sondern  
nur

facta, ille ipse est, qui Sedem meam inva- Sæculum VI.  
 sit meæ absentiae occasione usus, dum iter A. C. 531.  
 ingressus fueram, ut ad Tuam Sanctitatem  
 venirem. Is igitur Episcopus vocari non  
 potest,

nur dasjenige, was alle Katholicken, zum Exempel  
 Fleury in seinen Kirchengeschichten, eingestehen.  
 Ein Römischer Pabst hat das Recht vieles zu thun,  
 sonderlich in den nahegelegenen Provinzen, welches  
 nicht unmittelbar aus dem göttlichen Worte, son-  
 dern aus einer uralten Gewohnheit: Jure Consue-  
 tudinis, hergeleitet wird. Es regieret ja auch ein  
 Römischer Pabst die ganze Kirche nicht allein und  
 unmittelbar; es regieren mit ihm die Erzbischöfe  
 und Bischöfe. Quos posuit Spiritus Sanctus re-  
 gere Ecclesiam Dei. Act. 20. Nur alsdenn ge-  
 brauchet sich das Oberhaupt der Römischen Kirche  
 desjenigen Gewaltes, welchen ihm JESUS Christus  
 mitgetheilet, wenn es zur Erhaltung des wahren  
 Glaubens, oder der allgemeinen Kirchendisziplin  
 nothwendig ist. Es hat aber Christus der Herr sei-  
 ner Kirche ein sichtbares Oberhaupt gegeben, nicht  
 nur allein damit solche von ihm regieret werde,  
 sondern auch, damit durch die Gemeinschaft mit  
 demselben die unumgänglich nothwendige Einigkeit  
 erhalten würde. Wenn etwan in Japon oder in  
 America eine Christliche Gemeinde entstünde, die  
 einen Bischof hätte, welcher mittelbar oder unmit-  
 telbar mit der Römischen Kirche in Gemeinschaft  
 wäre, so wäre sie rechtgläubig, und keine nähere  
 Päpstliche Regierung nothwendig. Eine solche  
 Aufsicht nun eines einzigen Bischofes ist nicht nur  
 allein

Sæculum VI. potest, sed adversus ipsum a Sacra Sede  
A.C. 531. Justitiam peto. Theodosius Echinun-  
 tensis nomine Stephani Lariffæi tradidit  
 alterum Libellum, in quo dicebat: *Cam*  
*Archi-*

allein möglich und bequem, sondern auch sie wird aus den Kirchengeschichten tausendmal dargethan, welches der Herr Mosheim gar wohl sehen könnte, wenn er ohne Vorurtheil wäre. Die Römischen Päbste haben zu allen Zeiten eine Jurisdiction über alle Kirchen der Welt ausgeübet. Sie haben allezeit für die allgemeine Disciplin in der Kirche gesorget. Es ist keine allgemeine Kirchenversammlung als verbindend angesehen worden, ehe sie von der Römischen Kirche bestätigt war. Es ist niemals eine Kezerey auf eine entscheidende Art, als nur vom Römischen Stuhle verdammet worden. Unter allen Protestantischen Kirchen in der Welt hat keine ein solches Ansehen, daß sie eine Kezerey verdammen könnte, denn wird solche zum Exempel in Holland verdammet, so fraget man in Schweden nichts darnach. Geschiehet in Deutschland ein Ausspruch, so sagen die Engelländer: was gebet es uns an? Und endlich, was die so nothwendige Einigkeit betrifft, so ist niemals vurch fünfzehn hundert Jahre hindurch eine Kirche als rechtgläubig angesehen worden, welche nicht in Gemeinschaft mit der Römischen gestanden. Darum haben auch alle Protestantische Kirchen keine Auctorität; denn frage ich den Herrn Mosheim, warum man glauben soll, daß seine Kirche rechtgläubig sey, so wird er mir zur Antwort geben: weil man darinn das reine Wort Gottes prediget. Verlange ich aber  
 ferner,

*Archiepiscopus Constantinopolitanus Episcopus in illa Civitate tunc temporis praesentes convocasset, iterum edixi; Causam meam secundum consuetudinem antiquam nostrae Provinciae a Nemine nisi a Sacra Sede esse judicandam. Ipse vero haec dicentem repulit affirmans, se Ecclesiarum Thessalicae esse judicem. Itaque Libellum meum ad te misi, ut autem Responsum tuum anteverterent, pronunciata Sententia me a functionibus Sacerdotii suspenderunt. Rogavi, ne Sententiam contra me ferrent,*  
*prius-*

Sæculum VI.

A.C. 531.

p. 1696.

ferner, er soll mir einen Grund anzeigen, warum ich glauben soll, daß seine Kirche das Wort Gottes besser und reiner als die Arianer predigen, so kann er keinen darbringen, wenn er nicht zu dem Zeugniß der Römischen Kirche seine Zuflucht nimmet. Also dann ist die Hierarchie in der Römischkatholischen Kirche keinesweges, wie es der Herr Mosheim vorgiebet, unbequem und mangelhaft, sondern es ist hingegen die Einrichtung seiner eigenen abentheurlich; denn betrachtet man die Protestantischen Kirchen einzel, so ist eine jede nur eine Winkelkirche, wie einstens die Kirche der Donatisten in Africa. Betrachtet man sie aber alle zusammen, und hält sie gegeneinander, nämlich die Deutschen, die Russischen, die Englischen, die Holländischen, die Schweizerischen, so ersieht man nicht nur in dem Regiment, sondern auch in den Glaubensartikeln so viel Unordnungen, Verwirrungen, und Widersprüche, daß sie unmöglich Jesum Christum zum Urheber haben können.



Sæculum VI. priusquam de causa mea ad te relatum fu-  
 A. C. 531. isset, sed hac mea admonitione multo ma-  
 gis irritati sunt, quasi vero Sacram Se-  
 dem nominando Ecclesiæ Constantinopoli-  
 tanæ jura læsissim. Sententia recitata  
 p. 1697. iterum ad Te appellavi. Ipsi me Ecclesiæ  
 Defensoribus custodiendum tradiderunt;  
 sed viri timentes Deum vades se pro me  
 dederunt, sub gravissimæ multæ conditio-  
 ne polliciti, me Civitate non excessurum;  
 nam Persecutoribus meis maximæ curæ est  
 prohibere, ne hinc abeam, & Sanctitatis  
 Tuæ pedibus advolvam. Hæc in prima  
 Sessione Concilii Romani acta sunt.

## §. XXIV.

*Vicariatus Thessalonicensis.*

Sessio secunda post biduum celebrata.  
 Theodosius Echinuntinus tertium Li-  
 bellum tradidit Nomine Elpidii, Step-  
 hani & Timothei ejusdem Provinciæ The-  
 ssaliciæ Episcoporum. Querebantur, quod  
 Constantinopoli contra Metropolitam  
 suum contempta Jurisdictione Sacræ Se-  
 dis, cujus Auctoritatem implorabant,  
 Sententia fuisset pronunciata. Hoc Li-  
 bello perlecto Theodosius Echinuntinus  
 dixit: videtis, quantum in Canones pec-  
 catum fuerit, nam quamvis constet, quod  
 p. 1699. Sacra Sedes optimo jure in omnibus Mun-  
 di